

COMMENTARIA AD CONSVETVDINES

NEAPOLITANA
PER QVÆSTIONES DISTRIBVTA.

Authore

R. P. D. ANDRÆA MOLLESI
CLERICORVM REGVLARIVM, VTRIVSQ. IVRIS,
Ac Sacræ Theologiæ Professore.

HABET HOC VOLUMINE, LECTOR, SVCCESIONVM, ET
Renunciationum Omnium, Alimentorum Item, Dotium, & Donationum, propter
Nuptiar, simplicium materiam, diligentissime explicatam.

ACCESSERVNT EIVSDEM AVTHORIS CONSILIA,
que his ipsis rebus elucidandis mirifice faciunt.

Opus omnibus studentibus non solum Sacræ Theologiæ, & Iuris, sed etiam vbiunque statuta
agunt, et statuta censuræ, summi non succedant, apprimè, vti
ut capitulum patet.

Cum duplici Indice, Questionum, scilicet, & Rerum Notabilium.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



NEAPOLI

Ex Typographia Lazzari Scoriggij. MDCXIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Approbatio, & licentia Admodum Reuer. Patris Generalis Clericorum Regularium ad hæc Commentaria.

Don Marcellinus de Oda, Congregationis Clericorum Regularium Præpositus Generalis.

Cum opus, dictum, Commentaria ad Consuetudines Neapolitanas, per Quæstiones distributa Don Andree Molfesij, Clerici Regularis, ab ipso, dum in sæculo degeret, æptum, Doctorum virorum, Quibus id commisimus, iudicio recognitum, & approbatum fuerit; ut typis mandetur, modo ijs, ad quos pertinebit, visum fuerit; facultatem concedimus. In quorum fidem præsentem, manu propria subscriptas, & nostræ Congregationis sigillo munitas, Damus. Romæ Apud Sanctum Siluestrum In Monte Quirinali, die 30. Iunij. 1612.

Don Marcellinus Præpositus Generalis.

Io. Baptista Aprilis Secretarius.

Censura huius Operis, de Supremi Collateralis Consilij Neapolitani Ordine facta.

Illustriss. & Excellentiss. Domine

Vidi luculenta Commentaria per Titulos, & Quæstiones miro ordine, summoq; lepore, & sapore digesta ad Consuetudines Neapolitanas, materiam Successionis ex testamento, & ab intestato, dotium, iurium dotalium, ac alimentorum, Itemq; muliebrium renunciationum complectentes, cum aliquot allegationibus circa eandem materiam, omnia per suppliantem composita, eaq; tam exactè discussa, ut aulim affirmare, nihil intactum fuisse relictum; Ideoque illa digna censeo, ut in lucem prodeant, typisq; tradantur, ni aliud Vestra Excellentia mandare decreuerit, cuius sublimiori iudicio mecum submitto, omnemq; præcor felicitatem. Neap. die 13. Iunij. 1613.

Vestrae Excellentiae

Humillimus Servus
Scipio Rouius Regius Consiliar.

Imprimatur.
Constantinus Regens.

De Castellat Regens.

Montoya Regens.

DE IPARAM VIRGINEM COELORVM REGINAM.



V O D pluribus ex causis, Sanctissima Virgo Mater, in Speculo Divinae essentiae optime tibi notis, iam diu comprimentum indicatq; qualecunque tandem hoc industriae meae opus, nunc primum, tuo munitum patrocinio, prodit in lucem. Cum enim te intercedente, & mediante, Populo, qui erat in tenebris, celerius lux illa magna effulserit: haud mirum, si hoc itidem Opus, quod meae sunt in Consuetudines Neapolitanas lucubrationes, non alio lucem ferente, lumine fruatur. Quod si alias perquiro causas, tibi soli dicendum erat; tum quia magna est erga te Authoris pietas: quem culpis, instar prodigi filij, a Coelesti Patre longè lateque distantem; tuae Clementiae aura spirante, reuertentem, Clericorum Regularium (quos Teatinos vocare solent) Sanctissima recepit Congregatio: in qua ob Dei gratiam, praesidiumq; tuum, aptè, compositè, concinnèq; summa diligètia, maxima sedulitate, animiq; fervore, Dei obsequio, datur (quod neminem latet) opera. Tum quia hoc idem, eiusdem meae Congregationis in te pietas, ac deuotio postulabat. Ipsa etenim protectione tua* (quae totius Religionis mirabile es firmamentum) munita, hucusque firma, sancta, immaculataq; perman sit, & te intercedente permanebit; vtpotè orta, te nascente: Namque inter salutiferae Crucis exaltationem, tuiq; fulgentissimi ortus Octauas, nostra Religio per nostros Sanctiss. Patres sumpsit exordium; Quo factum est, vt non solum Crucis mortificationem iugiter ac omni cum alacritate portaremus in corde, ac corpore, tuaq; protectione perpetuò mu-

** D. Bo.
na. in
Psalm. 8.
Virg.*

DE CONSVETVDINE IN SCRIPTIS REDACTA VVLGARITER DICTA ALLA VECCHIA MANERA.

Caput Primum.

SVMMARIVM.



*Q*UOT sint consuetudines, de successione loquentes. nu. 1.

Quot modis succedatur, ex consuetudine in scriptis redacta. nu. 2.

Quid disponat consuetudo, sed & mulier. nu. 3.

Quid disponat consuetudo, Si moriatur. n. 4.

Quid consuetudo Si quis, sed si qua. nu. 5.

Quid consuetudo, Sed si morienti. nu. 6.

Quid consuetudo, Quod autem, nu. 7.

Quid consuetudo Si aliquis moriens. n. 8.

Quid consuetudo, Et si testator. num. 9.

Qua procedit tam in masculo, quam in femina. nu. 15.

Quid consuetudo Filiusfam. nu. 10.

Consuetudo potest introducere, ut filiusfam. testetur. nu. 11.

Quid disponat consuetudo, Si qua moriens. num. 12.

Consuetudo Si qua moriens, ligat bona, non autem inhabilitat personas. n. 13.

Quid disponat consuetudo, Si qua mulier habens. nu. 14.



*P*RO resolutione igitur primæ partis in materia successionum, de quibus principaliter agimus tres sunt consuetudinum species; Vna, quæ dicitur

in scriptis redacta; Secunda quæ nuncupatur nouus usus Capuanæ, & Nidi, & tertia nuncupatur Mos Procerum, & Magnatum, vt colligitur infra in consuet. Si quis, vel si qua. fol. 131. & per Præf. de Franch. decif. 537. in 4. par.

2 Consuetudo, igitur in scriptis redacta, quatenus de successione loquitur, in tres diuiditur partes. In prima dispo-

nitur qualiter earum virtute ab intestato: in secunda qualiter ex testamento: & in tertia qualiter in dote, & in alijs bonis vxoris, tam ex testamento, quam ab intestato, succedatur.

Prima igitur pars in tres partes diuiditur. Prima tractat de successione bonorum ascendentium, qualiter in ipsis bonis descendentes succedant. Secunda agit, qualiter defuncto sine liberis legitimis, & naturalibus, transuersales succedant. Et tertia disponit quomodo ab intestato morienti, frater, & descendentes ex alio fratre admittantur ad succedendum. Prima incipit. Si moriatur. Secunda Si quis, vel si qua. Et tertia. Sed si morienti, sub tit. de success. ab intest.

Secunda pars, loquens de successione ex testamento, in tres alias subdividitur partes. In prima agitur, qualiter ascendentes possint ex testamento de bonis suis disponere. In secunda descendentibus non extantibus, qualiter ascendentes de bonis eorum disponere valeant. In tertia denique traditur qualiter filius, vel filiafam. ex testamento disponant, & de quibus bonis, Prima incipit, Si aliquis moriens. Secunda, Et si testator. Et tertia, Filiusfam. sub tit. de success. ex test.

3 Sed antequam Author tractare incipiat, qualiter mulier de dote disponat, præmittit, quod mulier eo ipso, quod nubit, quamuis non sit emancipata, tamen liberata est à patria potestate, vt in consuet. Sed & mulier, & hoc peracto, tertiam partem in duas diuidit partes. In Prima agit, qualiter mulier de dote, & alijs bonis disponat. In secunda qualiter mulieri, intestatæ decedenti, succedatur. Prim. incip. Si qua moriens. Secunda, Si qua mulier habens.

Consuetudo. Si moriatur, disponit, quod descendentes vsque in infinitum,

Δ

tam

1

AN RELIGIOSVS, FACTVS EPISCOPVS, possit reuocare renunciationem factam ante professionem cum solemnitatibus Concilij Tridentini, non inutilis explicatio. Consilium Primum, de quo facta est mentio in tit. de renunciatione, quæst. 16. & alibi pluries.

S V M M A R I V M.



onsulentes debent ante omnia bene considerare factum, ne scribatur in iure, & ob factum diuersum causas omitant. nu. 1. Obcantur pecunia,

& quam fidem faciant, explicatur. num. 33. & 34.

Ius ex facto oritur, sub nu. 1. Semel extinctum, amplius non reuiuiscitur. n. 15. Sed qualiter hoc procedat, explicatur num. 38.

Doctus, et ex causis victoriam consequatur, bonus factus esse debet. nu. 2.

Renunciatio in dubio presumitur esse realis. num. 3. Facit renunciantem haberi pro mortuo. nu. 10. Quod habet locum, re in eodem statu permanente. num. 36. Conditionalis euanesceat, deficiente conditione. nu. 19. Semper presumitur facta, re in eodem statu permanente. nu. 20. & 36.

Renunciatio facta per Nouitium, seruata forma Conc. Tridentini, et non possit reuocari, si ille religiosus fiat Episcopus, defenditur a nu. 4. ad 18. Contrariam sententiam defendit Author a nu. 18. usque in fin.

Monachus, factus Episcopus, secundum aliquos retinet votum paupertatis. nu. 5. & 6. Contrarium probat Author nu. 35. Non recuperat bona donata monasterio. nu. 17. Sed qua ratione id eueniat, explicatur. nu. 40. & seqq. Reuocet testamentum factum ante professionem. nu. 21. Fit capax honorum, et tamquam merè secularis succedat. nu. 25.

Episcopus cum eius familia alii debet de bonis Ecclesie, cui præstet. nu. 7. Potest legitimo iure eius patrimonium conservare, & alijs relinquere, & fructus bo-

norum Ecclesia consumere. nu. 8. Quicquid acquirit, sue Ecclesie acquirit. nu. 14. De bonis patrimonialibus, etiam occasione Episcopatus recuperatis, disponit ad libitum. nu. 39.

Clericus potest eius patrimonium conservare, & quibuscumque relinquere, & fructus beneficiorum Ecclesie consumere. num. 9.

Argumentum à sufficienti partium enumeratione validissimum est, & inconcussus dicitur in iure. nu. 11.

Monasterium non potest reuocare renunciationem factam per nouitium, seruata forma Concilij Tridentini, etiam post subsequutam illius professionem. nu. 12. Renunciantibus iura sua, non datur regressus. nu. 16.

Monachus habetur pro mortuo in mundo, et Deo seruire valeat. nu. 22.

Mortuus, resurgens ex mortuis, recuperat eius bona, & sic euenit in Lazaro resuscitato. nu. 23. & 24.

Renunciatio facta per nouitium, etiam in beneficium parentum, reuocatur, si ille nouitius exiret de religione. n. 26. et 27. Procedere ostenditur, etiam si post professionem emissam ex legitimi superioris licentia exiret de monasterio. num. 28. & seqq.

Religiosus, ut fiat Episcopus, duo sunt necessaria, & quænam sint, explicantur. num. 30.

Venditio, vel donatio, facta sub conditione suspensua, non transfert dominium in emptorem, vel donatariam, & ideo potest interim reuocari. nu. 31. & 32.

Consilia quæ dicantur, & quæ allegationes, explicatur. nu. 34.

Habilitatio Religiosi, ut habeat proprium, & recuperet sua bona, nunquam intelligitur contra monasterium. nu. 41.

Cessio non afficit cedentem. nu. 42.

Cedens non tenetur contra seipsum cedere. nu. 43.